Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Longine vide Stouvium in Germ. sub Francis, et Autores ab eo citatos.

124) Sigebertus Chron. ad an. 419. Aimoinus l. 41, c. 4. Ivo Carnotensis Chron. Reg. Franc. et alii. De Francorum

125) Socrates l. 7, c. 23. Procopius de bello Vand. l. 1.

126) Acta S. Lucani e Tabulis Bellunensibus apud Reschium Annal. Sab. sec. V, § 8. Phil. Ferrarius Catal. SS. Ital. Gewoldus in Notis ad Hundium. Reschius: In capella quadam Sabionensi Lucanus episcopali fulgens infula depictus – cum SS. Cassiano, Ingenuino et Albuino crucem, velut prædicationis evangelicæ vexillum in monte defigens: quæ imago hodiedum cernitur, expressa initio seculi XVI. Cæterum, quia in Actis Bellunensibus vocatur Vescovo de Bersenone, Episcopus Brixinonis; non puto, Lucanum fuisse Sabionensem ordinarium; sed Regionarium Rætiæ Episcopum qui modo Sabione, modo Brixinone (qui locus quidni tum villa saltem fuerit?) modo alibi fuerit commoratus. Pars Reliquiarum ejus Belluno Brixinam translata est an. 1658, et festum chori in civitate Brixinensi institutum die XX Julii.

127) Jornandes de rebus Geticis c. 35 – 41.

L c. 36: His enim (Romanis) adfuere auxiliares Franci, Sarmatæ, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones (l. Briones) quondam milites Romani, tunc vero jam in numero auxiliatiorum exquisiti; aliæque nonnullæ Celticæ vel Germaniæ nationes. Convenitur itaque in Campos Catalaunicos etc.

128) Roschmannus in Veldid. c. 31.

129) Jornandes de rebus Geticis c. 36, et seqq.

sea Romanis auxilio Burgundiones, Alani cum Sangibano suo Rege, Franci, Saxones, Riparioli, Briones, Sarmatæ, Armoritiani, Litiani, ac pene totius populi Occidentis. Quos omnes Aetius, ne impar Attilæ occurreret, ad belli adsciverat societatem.

130) Idem. Item Frechulfus Hist. Fuere inter

131) Breones a Romanis ante annum 451 defecisse consentiunt historiographi. De anno defectionis nil certi constat. Anno circiter CDXXXIII ante victoriam scilicet, quam Aetius de Burgundionibus reportavit, in Rætia tumultuatum esse, Sidonii versus indicant:

– – Jam post Vithungos et Norica bella, subacto
Victor Vindelico, Belgam, Burgundio quem trux
Presserat, absolvit, Aetius nempe.

Hæc Velserus Rer. Aug. l. 8. Eadem occasione an Breones quoque tumultus excitarint; auctorem non habeo. Certe ex eo tempore deinceps a Romanis devictini quam sunt; quin potius ut amici et confœderati agniti. Reschius Annal. sec. V, § 14, verbis Jornandis hæc sola addit: Quibus ex verbis Breones nostros a Valentiniano III defecisse comperimus jam ante annum 451. Roschmannus in Veld. c. 31, cum Jornandis verba: His enim etc. recitasset; addit: Et quamquam alias, ut diximus, sub Brionum nomine Brenni incolas accolasque